



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 16. Mediobarbus Papæ Legatus iterum ad Imperatoris colloquium  
vocatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

„de tam benigniter mecum actis cer- Sæc. XVIII.  
 „torem facere. CAROLUS AMBRO- A. C. 1721.  
 SIUS PATRIARCHA ALEXANDRI-  
 NUS & LEGATUS APOSTOLICUS.

## §. XVI.

*Mediobarbus Papæ Legatus denuo ad  
 Imperatoris alloquium admissus.*

Hac epistola Sinice reddita Pater  
 Laureati catena ad collum appensa *Vid. supra*  
 tanquam reus ad Aulam per lictores *t. 70. p. 580.*  
 raptatus, a Mandarinis pro tribunali  
 sedentibus inter alia accusabatur, quod  
 Legati adventum Cantone Peckinum  
 versus invito Imperatore sollicitasset;  
 qui tamen intrepido animo culpam om-  
 nem a se amoverat. Die autem vige-  
 sima prima ejusdem Mensis Legatus ad  
 Imperatoris alloquium vocatus ceteros  
 Europæos in Palatio congregatos repe-  
 rit, ac post sumptum de more jentacu-  
 lum imperatoris cubile ingressus est. Tum  
 vero Imperator de Pedrinio rursus  
 questus, ad Legati preces eidem veniam  
 indulgit, eumque unacum Ripa libertati  
 restituit, ipso autem Legato eandem  
 gratiam pro Patre Laureati deprecante  
 Imperator fermone ad alia converso asse-  
 rebat, se Jesuitas haud majore ceteris  
 Europæis affectu prosequi, sed dun-  
 taxat desiderare, ut omnes tanquam  
 Fra-



Sæc. XVIII. Fratres perfecto amoris vinculo con-  
 A. C. 1721. juncti vivant, se tamen Pontificem  
 maximopere venerari, nec unquam  
 dixisse, quod ipse errasset, Christianam  
 quoque religionem sibi placere: optare  
 tamen se, ut tandem inter Europæos  
 diffidia litesque cessarent. Cum au-  
 tem Imperator pro gentis hujus genio  
 mirifice parabolis ac similitudinibus de-  
 lectaretur, per eas comprobatum red-  
 dere satagebat, Sinenses Ritus reli-  
 gioni Christianæ adversos non esse, hoc  
 exemplo usus: si Christianus cum Ma-  
 hometano pranderet, is Mahometis-  
 mum profiteri non crederetur, aut si  
 Medicus ex secta Bonziorum Christia-  
 num infirmum visum iret, non pro-  
 pterea Christianus diceretur esse Bon-  
 zius. His propositis Legatum ejusque  
 comites allocutus dixit, velle se hodie  
 omnes Europæos ad concordiam revo-  
 care, hancque controversiam compo-  
 nere, non ergo Legatus ad unam ma-  
 gis quam ad alteram partem inclinaret,  
 sed in suis consiliis firmus persisteret:  
 dein ad Jesuitas conversus eos monuit,  
 ne ultra de hoc negotio verba fa-  
 cerent, sed ab omni contentione ab-  
 stinentes tanquam fratres inter se vive-  
 rent, & cum omnibus Europæis tam  
 antiquis, quam recens appulsis dein-  
 ceptis in societatem coirent. Postea a  
 Legati



Legati domo excubitores amoveri, Sæc. XVIII.  
 cunctisque eum invisendi libertatem A. C. 1721.  
 concedi, Patremque Laureati Visitato-  
 rem liberum dimitti præcepit, ac deni-  
 que a Legato sciscitatus est, utrum  
 ipsemet Romam ire, vel duos sibi fidos  
 eo decernere velit, cumque Imperator  
 id ejus arbitrio relinqueret, Legatus  
 declarabat, se unacum PP. Raynaldo  
 Maria, Fabri, Viani, Calchi & Ro-  
 veda Mense Martio Romam profectu-  
 rum, ut summo Pontifici suæ Majesta-  
 tis mentem, cunctaque beneficia &  
 honores ab Eadem receptos ipsemet  
 ingenue exponere posset, haud dubius,  
 Papam ejus relationi majorem, quam  
 fors Deputatis fidem adhibiturum: post-  
 ea Legatus rogabat Imperatorem, ut  
 permittere dignetur, quatenus duo illi  
 Barnabitæ, aliique Missionarii Cantone  
 relictæ Provinciæ Ecclesiam administrare  
 valerent; de hoc se alia occasione actu-  
 rum respondit Imperator, hæc subjun-  
 gens: *appropinquat novus annus Sinicus,*  
*postea discessus tui dies præfigetur, interim*  
*Peckinum contende ad domum, quamcun-*  
*que tibi elegeris, fruire tua libertate, &*  
*bono sis animo, sisque persuasus, me sin-*  
*cera mente esse locutum, & ab omni par-*  
*tium studio alienum.*